



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

I. Emmanuelem esse Jesum ex Masoretharum doctrina probatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

filia Jerusalem: Ecce rex tuus veniet tibi  
justus & Salvator.

Jesu nomen  
in Veteri Te-  
stamento pre-  
significatum  
esse, & vi-  
mirifica pol-  
lere Judæi  
saturatur.  
Elias Lev.  
Thib. in יֵשׁוּ.

I. **E**BRÆICUM Christi nomen est יֵשׁוּעַ, unde prisci Judæi & recentiores postremam literam detraxerunt, ut superesset יֵשׁוּ, sive quod literam illam pronuntiare difficile sit, sive quod salutare hoc nomen Christo Jesu tribuere verpi illi recusarent. Rem enim dubiam relinquit Elias in Thibsi. Ut ut est, vulgatum inter illos Christi Jesu nomen est יֵשׁוּעַ, quod in aliquibus Veteris Testamenti locis ad Christum pertinentibus reperitur; collectis ראשי תיבות, capitibus dictionum, per eam Cabalæ artem quam Rabini appellant כתב ויתברקן, hoc est, scripturam quæ fit per notas. Velut in quadragesimo nono capite Geneleos, commate decimo, quod Messiam prædicere satis constat ex iis quæ superius disseruimus, hæc voces extant: בָּא שִׁלְחָה וְיָי, quarum acrostichis est יֵשׁוּעַ. Item in Psalmo septuagesimo primo, qui venturi Messie vaticinium est, hæc legas commate decimo septimo: יֵשׁוּעַ שְׂבוּ וְיִתְכַבְּרוּ, quarum dictionum si summa elementa conjunxeris, exurget dictio יֵשׁוּעַ. Messiam quoque prænuntiat Psalmus nonagesimus quintus, cujus duodecimus versiculus ab his vocibus sunt Judaicæ vanitatis plenissima, suis tamen artibus impuri homines revincendi sunt, & suo sibi gladio jugulandi. Quin & serpentium morsus, & haustus veneni, nomine Jesu sanatos fuisse Thalmudistæ referunt in libro De sabbatho, capite decimo quarto, & in Avoda Zara, secundo capite.

## CAPUT XII.

De nomine Emmanuel, quod significat, Nobiscum Deus.

ISA. 7. 14. Ecce Virgo concipiet, & pariet  
Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.

MATTH. 1. 20, & seq. Angelus Domini  
apparuit in somnis ei (Josepho) dicens, Jo-  
seph, fili David, noli timere accipere Mariam  
conjugem tuam: quod enim in ea natum est,  
de Spiritu sancto est: pariet autem Filium, &  
vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum  
faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc  
autem totum factum est, ut adimpleretur quod  
dictum est à Domino per Prophetam dicentem,  
Ecce Virgo in utero habebit, & pariet Filium,  
& vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est  
interpretatum, Nobiscum Deus.

Joh. 1. 14. Et Verbum caro factum est, &  
habitavit in nobis.

Emmanue-  
lem esse Je-  
sum ex Ma-  
soretharum  
doctrina pro-  
batur.  
Seph. Aeman.  
cap. 2.

I. **E**T SI Gematricæ artis Judæorum summa inanitas est, quoniam tamen ad oppugnandam Christianorum causam ea utuntur aliquando Judæi, retorquenda in auctores hæc stoliditas est. Legitur in Sepher Aemana, juxta disciplinæ hujus ratiocinia, יֵשׁוּעַ הָאֵלֹהִים esse, dictionem hanc Emmanuel, עִמָּנוּאֵל, & illam Jesus, יֵשׁוּעַ. Unde unum eundemque esse Emmanuelem illum ab Itaiâ prænuntiatum, ac Jesum Dominum, si sibi constare & doctrinæ suæ præceptis consentanea loqui velint, fateri omnino necesse habent Masorethæ.

## CAPUT XIII.

Magi Jesum adorant, eique munera offerunt.

PSALM. 71. 9, & seq. Coram illo proci-  
dent Ethiopes, & inimici ejus terram lin-  
gent. Reges Tharsis & insula munera offerent;  
Reges Arabum & Saba dona adducent. . . . .  
Et vivet, & dabitur ei de auro Arabis.

MATTH. 2. 1, & seq. Cum ergo natus  
esset Jesus in Bethlechem Juda, in diebus He-  
rodus regis, ecce Magi ab Oriente venerunt  
Jerosolymam, dicentes, Ubi est, qui natus est  
Rex judæorum? . . . . Intranses domum in-